



A S S E R T A  
A P H O R I S T I C A ,  
E T C H I R U R G I C A

E x Libris Hippocr. scaturientia,  
in Cathedræ Aphoristicæ,  
& Chirurgicæ

P E T I T I O N E

D I S P U T A T I O N I P R O P O N I T

J O S E P H U S E M M A N U E L  
G A S C Ò , & N A V A R R O ,

M e d i c i n æ D o c t o r , p r o o b t i n e n d i s H o s p i t i i  
G e n e r a l i s M e d i c a t u r a , A n a t o m i c a , P r i m a-  
r i a , T h e o r i c a , & B o t a n i c a C a t h e d r i s j a m  
C a n d i d a t u s , n e c n o n E x t r a o r d i n a r i æ C a-  
t h e d r æ o l i m P r o f e s s o r .

C e r t a m i n i s l o c u s i n V a l e n t i n i s S c o l i s ,  
D i e 21. m e n s i s M a r t i j . a n n o M . D C C . X L V .

---

V A L E N T I A :

E x T y p o g r . H I E R O N Y M I C O N E J O S , j u x t a P a r o c i a l e m  
D i v i M a r t i n i .

A T A D I C E S A  
A P I T U R I S T O A  
A C T U A L I S M O  
E X P L I C A T I O N  
T U O R I C T O S A B O U T I C T

27. DISPUTATIONE

DISPUTATIONE PROPOSITI

JOSEPHUS HENRY

AVCO, DE NAVARRE

Medicinae Dogmata biologicae Holliani

Genitilis Medicinae Anatomie, 1711

Theologia, & Botanica Castellana

Cataphysica, & Dectione Phytologiae

Cerimonia locis in Vinculis Scipio

Dicitur medicis sanguineis

NEBULAE

Eratoponum Conjecturae, 1711

Dicitur Medicina

Academicae, 1711



PERILLUSTRI  
VALENTINÆ URBIS  
SENATUI:

D. D. FRANCISCO DRIGET,  
HISPA NIARUM REGI A SUPREMIS ÆRARI<sup>I</sup>  
Consiliis, rei Maritimæ, ac Regii Exercitūs, & in Reg-  
no Valentino, ac Murciano Quæstori Primario, ac Re-  
gio, necnon Valentinæ Urbis Prætori, &c. D. EMMA-  
NUELI FERNANDEZ DE MAR-MANILIO RAMIREZ DE  
LA PISCINA, ex classe Nobilium Capitulari, ac pri-  
mo hujus Consistorii perpetuo, Domino in Domo  
Mar-maniliensi, & S. Offic. à Secretioribus Con-  
siliis : D. ATHANASIO CASTILLO ET SANZ : D. PE-  
TRO PASQUAL ET SISCÀR : D. VINCENTIO PUEYO ET  
NAIRÒ, Centurioni Alæ Equitipedestrium Palmen-  
sium: D. LAURENTIO MERITA ET LLAZER, J. U. D. in  
Regiis Auditoriis causarum Patrono: D. JOSEPHO MI-  
RALLES ET CEBRIAN, Regiæ Matritensis Historiarum  
Academiæ Honorario: D. JOACHIMO VALERIOLA PRO-  
XITA DE CASTELLVÌ, Domino in Loco de Ajacor:

A 2

D.

D. FRANCISCO ROIG ET DEONA: D. EMMANUEL ROYO  
DE REDÒ, Primipilari Centurioni Cohortis primæ Ca-  
stellæ, omniumque Hispaniæ primariæ, Commendato-  
ri Thesauri, Calatravæ Stemmate decorato: D. ANTO-  
NIO PASCHASIO DANVILA, Generali Urbis Procurato-  
ri : D. JOANNI CHRYSOSTOMO GRANEL ET RIBÈS,  
J. U. D. & Regii Patrimonii à sua Majestate Fiscali  
Patrono: D. JOSEPHO RAMON ET SENTIS : D. JOANNI  
BAPTISTÆ MUZOLES ET NAVARRO, J.U.D. & apud Va-  
lentinos violatæ Religionis Quæsitores Regii Patri-  
monii Fiscali Patrono: D. VINCENTIO OLLER , J.U.D.  
& apud Valentinos violatæ Religionis Quæsitores  
Ministro Familiari: D. VINCENTIO GINER, Familia-  
ri etiam iisdem Quæsitoribus Ministro.

Solertissimis Valentinæ Urbis Rectoribus.

D. JOANNI BAPTISTÆ BORRULL: D. JOACHIMO ORTÌ ET  
FIGUEROLA, Generalis Valentini Regni Status causarū  
Patrono, trium Gratiarum Fiscali, & Academiæ Regiæ  
Historico-Matritensis Socio, titulo Ministri Regis con-  
decorato: D. LUDOVICO VINCENTIO ROYO DE REDÒ, Re-  
gio Valentino Chartophilacio Prefecto: D. FRANCISCO  
LOCCELLA, dicti Generalis Valētini Regni Status causarū  
Patrono, Regii Militaris Ordinis Mōresiani Regio Fisci  
Advocato, Locum Thenenti Cancellarii Majoris, Ar-  
chiepiscopatus Valentini Jurium Consultori. J.U.DD.  
& severissimis Censoribus, Consultissimis causarum  
Urbis Patronis: D. THOMÆ VINCENTIO TINAGERO  
DE LA ESCALERA, Regi, Civitati, & Academiæ  
Valentinæ à Secretis.

TANTIS ERGO VIRIS UNIVERSITATIS VALEN-  
tinæ Spectatissimis Patronis, hæc Aphoristica, & Chirur-  
gica asserta, ut Aphoristicam, aut Chirurgicam Cathe-  
dram consequi mereatur D.O.C.

Dr. JOSEPHUS EMMANUEL GASCO, & NAVARRO.

ASSER-

## ASSERTA SCATURIENTIA

Ex Aphorismorum Hipp. coi uberiori  
fonte.



I.  
ACTUM ad Medicinam iter vir ille eruditione quidem plenus , quem in recondito terræ sinu natura construxit, Hipp. nos simulque venturos brevi oratione docere in omnibus ipsius tentavit scriptis ; hoc enim Aphoristico more nedum medendi rationem , sed ea , qua volebat mentis acie , ubertate judicii , prælibat artis perficiendæ modum : at ita arcanis , quæ ipsi revelavit natura sedulo cognoscendis , & assiduo detegendis , totus erat occupatus , ut adeò ea , quæ ex illis ducere noverat , dicat Hipp. hos ergo labores , quibus Medicinæ progressus est necessarius , posteris commendavit. Hunc , ut adjuvaret Medicinæ perficiendæ modum , neve posteris aliquid periret eorum , quæ intermedendum observando comperiebat , scribendo reservavit. Undè hoc ipsum , quod sapientibus est familiare , Hipp. præstissime testantur conscripti Aphorismi.

Affer-

*Afferta scaturientia ex lib. I. Aphor. Hippocr.*

II.

*Sent. I.* **V**ita brevis, ars longa, occasio præceps, experientia, &c. Hanc enim sententiam tamquam universi operis procœdium Hipp. protulisse fateor. Vita brevis, quoniam humana vita ad artem Medicam diligentius capescendam brevis reputatur duratio. Ars longa, Medicinam sub audire præcor, eorum, quæ Medico cognitu sunt necessaria, contemplationem requirit. Occasionem præcipitem esse ob continuas, quas corpus patitur mutationes, quæ per esse vel faciendi, vel non faciendi opportunitatem expanditur satis. Experientiam periculosa humani corporis dignitas, judicium difficile Medicorum dissensus constituunt. Ad Medici finem tria memorat Hipp. necessaria ægrotantes nimirūm obtemperantes, adstantes nimis diligentes, & exteriora ritè parata.

III.

*Sent. 2.* **I**n perturbationibus ventris, & vomitibus, &c. In hac curativa, & prognostica sententia de idonea fluidorum qualitate peccantium evacuatione spontanea, symptomaticaque sursum, deorsumque succedente generale tradit Hipp. præceptum, atque ad artem moliendam quatuor consideranda præcipit regionem quippè, tempestatem, ætatem, & morbos. Quas natura movet evacuationes, ferente ægro, per se solam sæpè sufficit absolvere humoris pravi solutionem. Talia è corpore educat Medicus, qualia oportet tantum. Per qualia, intensem calorem, &c. minimè in intelligas. Evacuationes vasorum, quæ si fiant, quales esse oporteat, conducibiles ægro vidit artis princeps. Evacuatione Medicus humores educere satagat, qui morbos fovent: ergo vasorum evacuationes, quæcumque arte moliendæ nature operibus sunt conformandæ,

ut

SALVATOREM  
SALVATOREM  
SALVATOREM  
SALVATOREM  
SALVATOREM  
SALVATOREM  
SALVATOREM

ut salutares evadant. Sanguinis detractio, & purgatio non inutiliter vasorum innanitioni 7  
*Sent. 3.* sunt contrahendæ. *Habitus exercitatorum,*  
*Sent. 4.* qui ad summum, &c. *Victus tenuis, atque exquisitus in morbis, &c.* Victus quantitatatem, qua laborantes tam longis, quam acutis morbis, incommoda suscipiunt, hac prognostica curativa sententia præscribit Hippocrates. Victus apud veteres : *Eft ductus per consuetas materias.* Qui tripliciter est distinguendus, plenus videlicet, mediocris, & tenuis, rursusque hic in tenuissimum, ut aqua mulsa, extremè tenuissimum, ut spiritus, &c. & intenuem non exactè, ut tota ptifana, & tandem intenuem exactè, ut ptifanæ cremor dividitur. Victus exquisitè tenuis in morbis longis semper ; in acutis ingenti evacuatione conjunctis periculosus utrisque. Amplius, qui ad tenuitatis extremum ad venit malus ; quemadmodum maximè nutriens. De his mediocrem tutiorem esse propugno.

#### IV.

*Sent. 5.* In tenui victu agri delinquunt quo fit, &c. In prognostica, & curativa sententia victum tenuem, atque paulò pleniorum inter se comparere videtur Hippoc. adeoque affirmare magis ægrotantibus futurum extenui, quam ex paulò pleniori occurrere damnum. Per acuto, & exactè per acuto laborantibus, morbis, quantumvis ægri intenui delinquant victu, hic tamen ob morbi acutiem prorsus competit. Victus tenuis paulò pleniori nocentior est viribus. Facilius afficiuntur sani tenui victu, quam ægrotantes.

*Sent. 6.* Extremis morbis extrema exquisitè remedia, &c. Hic videtur Hippoc. de extremis morbis, eorumque remediis in hac curativa sententia verba proferre. Extremis solidorum vibrationibus,

flui-

fluidorum effræni motui, & è contra cohibendis operam dare Medicum cogit medicinæ princeps. Nec videntur sanguinis missio, & purgatio tamquam extrema remedia extremos profligare morbos. Sanguinis missio effrænes motus pacare, tardos movere est potens. Purgatio motus semper adaugeret. Extrema extremis remedia morbis sunt, quæ eorum, & causæ vires æquant. De 7. sententia rogan-  
ti, respondebo.

## V.

*Sent. 8.* **Q**uando morbus in suo vigore constiterit,  
*Q. Tenuissimum victum morbi vi-*  
gori tantum competentem curativa demonstrat sententia. Hujus Aphor. sensus ad acutos solummodo morbos est contrahendus, quorum status celer: idcirco medicamentorum administratio, eorum potissimum, quæ naturam salubriter operantem avertere valent, omnino prohibenda. Si cum vetustioribus per tenuissimum vi-

ctum, inediā sub odorasti, hoc nostro

*Sent. 10.* sæculo abolendum puto. *Quibus igitur*

*statim morbis consistit, tui statim.* *Q.*

*Sent. 11.* *In accessionibus abstineret oparet,* *Q.*

*In paroxysmis subducendum esse in curativo*

Aphor. monet Hipp. naturam, quæ circa morbi cau-

sam occupata est, cibus sine dubio distrahit, una-

que humores morbum facientes adaugeret. In cujus-

cumque morbi accessione, & in his, qui per circuitum

fiunt, detrahendis. Licet quandoque inacces-

sione quidem cibum dare, sed non pleniorēm. Nec

soberbitionem, nec aliud quidquam, prius quam

calor ad pedes descenderit, & reliquerit cor, da-

bis. Tria tempora accessionis rectè absolvenda

cibus, potus, & aliud quodvis medicamentum

turbant. Extempore sed si siemper omnia, id

tempore motu solito. Extremis longis aliud

*Ac-*

## VI.

*Sent. 12.* **A**cceſſiones verò, & conſtituſiones morbi indicabunt, &c. Ad ſigna in hoc curativo aphor. quibus acceſſiones, & conſtituſiones, atque morborum vigores indicantur, progreditur Hipp. Signis, quæ ad quatuor cap. reducit Hipp. ad morbos nimirùm, anni tempora, circuitum incremen- ta inter ſe invicem collata, & demum pleraque alia, quæ ex hiſ mox apparent, cognoscuntur morbi. Qui benè curare, & certè prædicere cupit totam ad unguem retineat, & ſervet ſententiam. Recurrentes febrium invasiones, in acceſſiones, & remiſſiones diuido, & rufſus acceſſiones in principium, in æqualitatem, augmentum, atque ſtatum; remiſſiones verò in declinationem, & intervallum, ne in illis ægrotantes ad ſumendum cibum cogas, ſed demendum aliquid ex cibo antea exhiberi ſolito. Bonum, vel malum morbi eventum huic prognosticæ ſententiæ innixus aperiam.

## VII.

*Sent. 20.* **Q**uae judicantur, & judicata ſunt inte- grè, &c. De natura morborum cauſam ſuperante, atque perfectius vincente, iſta manu tenet Medicorum coryphaeus curativa ſententia: *Quæ judicantur*, id est, cum morborum perfecta crisis elabitur, neque movere, &c. Crisis eſt: *Subita, & repentina mutatio*, &c. Tempore, quo natura crisis aggreditur, ingentes ſubiit mutationes: hoc jam viribus validis existentibus medica- minis adhibitio mortis ſolet eſſe via. Si per fudo- rem crisis immineat, nec ambienti frigido expo- tur æger: ſi per dejectiones, conſtipantes cibos; ſi per urinæ vias, aquam nimis frigidam fugiat: ergo vitentur, quæ ſalutarem naturæ motum tur- bare poſſunt, ſed ſinere oportet. Ad ſi ſecūs quid agendum? Rogatus dicam. Ad perfectam crisis re-

B

qui.

quiruntur sequentia primo, ut evacuatio sensibilis fiat, & per inferiora potius; excernatur humor noxius; per vasa fiat conferentia, ac recto tramite, facile tolleretur; postremò præcedente coctione, cum die critico, & si ipse nihil præstet.

## VIII.

*Sent. 22.* **C**oncocta medicari, atque movere non cruda, &c. In totius medicinæ oraculo concocta, non cruda, purgari docet Hipp. id præsertim tenendum in quacumque morborum, tam acutorum, quam chronicorum à materia pendentium curatione. Coctio duplex alimentorum una, quæ, eorum est dissolutio, &c. Altera dissolutio, ac secretio inutilium humorum ab utilibus. Hæc autem debitam humorum permeatus secernendorum proportionem desiderat, qua posita educendum esse monet magister. In acutorum principiis alvum movere cathartico prorsus repugnat. Et etiam quandoque initio purgere licet. Ventriculus primam elaborando coctionem, intercepto lactearium, ac thoracici ductus cursu mittere valet materiam ad corpus promptius reficiendum. In maximo versantur errore, qui blandè subducentium usum Hipp. latuisse affirmant; nam cidis filius purgatus, sicut filius Nicolai, & Andræas, atque uxor Palmarchi Betæ succo. Turgentia irrequietus humorum motus est particularia viscera petens. Stantis turgentia signis sæpiissimè purgatione periclitatur æger. *Dejectiones non multitudine sunt,* &c. Meum de ipsa sententia quærenti aperiam sensum.

*Afferta ex lib. 2. Aphor. magni Hipp. scaturientia.*

## IX.

*Sent. 5.* **S**entonæ laßitudines morbos prænuntiant. Sermonem in hac sententia,

quæ

quæ prognostica est de laboriosa, & triplici lassitudine spontanea, ut recta cum ratione se gerat Medicus ad commoda paranda remedia, ad præsentes nimirūm, & futuros morbos, ad illos siquidem curandos; hos vero præcavendos agit magister. Triplex ipsa est ulcerosa nempè, quæ ab acribus succis ortum habet. Altera tensiva, quæ cum sensu tensionis fit à nimia humorum plenitudine vasa distendentium ortum ducens. Flegmonosa ab utraque causa. Quos harum quæque producat morbos, in arena. Sanguinis detractio, & purgatio sub distinctione com-

*Sent. 9.* petunt ipsis. *Corpora cum quispiam purgare voluerit oportet, &c.* Præcipit in hoc curativo aphor. Hipp. corpora purganda prius fluida, & meabilia facere. Impura corpora præparanda priusquam & catharticum assumant, sive illa nuper à morbis convaluerint, sive re ipsa ægrotent, modo cacochima sint, tenet præceptum. Evacuationi aptiora redduntur corpora cunctis referatis meatibus; dein humoribus ad exitum paratis. Per evacuationem sursum, & deorsum celebrandam intelligere est opus.

## X.

*Sent. 19.* **A**cutorum morborum non omnino sunt certe præ, &c. Acutorum morborum prædictiones medentibus igitur omnibus hac prognostica sententia aperte patefacit Hipp. Acutus censetur morbus, qui sua celeriter percurrente tempora, citò judicatur. Acutum judicabis morbum, vel partis ratione, vel humoris. Cur ita? Pulsa. Acuti, qui in fluidis consistunt instabiles sunt morbi. Fluidas corporis partes reliquas cumulo superare crediderim. Prædictiones in acutis, securiores sunt, ipsis jam cōsistentibus, quam in primis tēporibus.

*Sent. 22.* *Quicumque morbi ex repletione, &c.* Prognostica est. Plenitudo autem quatenus à caco-

chimia distincta est duplex , una quidem simpliciter , altera secundumquid. Itidem plenido , vel ad vires , vel ad vasa est , de quibus cunctis dic , ut dicam. Per repletionem nedum , quæ ex alimentis in ventriculo uberius ingestis fit , sed in aliis corporis ductibus intrusam capio.

## XI.

*Sent. 26. F*ebrem convulsioni supervenire melius,  
¶ *Oc.* Commodum convulsioni , fe-

brem venire , quam febri convulsionem prognostica , & curativa docet sententia. Convulsionem enim febrem præcedentein à repletione provenire est opus , quæ quidem facilis est curatu , quamque ab inani-  
tione oritur : ergo pro prima curanda licebit Me-  
dicum excitare febrem ? Perperam sanè. Itidem si  
ipsa supervenerit laudanda ? Non omnis. Convulsio  
est : *Involuntaria* , *O perpetua retractio* , *Oc.* Convul-  
sio , vel est universalis , ut tetanus , quæ bipartitur  
in emprostotanum , & opistotanum : vel particula-  
ris , quæ membrum , vel articulum solummodo res-  
picit , ut spasmus cynicus. Convulsionis ( de qua  
hic sermo ) causa est quidquid nervorum propaga-  
nes replens abundè , ipsas expandendo , atque tu-  
mendo violenter contrahit. *Cum morbi*

*Sent. 29. incobant si quid movendū* , *Oc.* Hujus cura-  
tivæ sententia sensus explicare promittitur.

## XI.

*Sent. 30. Circa initia* , *O fines omnia imbecilliora*

*Circa* , *Oc.* Præcedentis aphor. ra-  
tionem , & tempora , quibus quidem symptomata  
tùm fortiora , cùm imbecilliora contingunt , apertè  
proponit isto prognostico aphor. venerandus Magi-  
ster ; nam incohante morbo : *Cur aliquid movere*  
*conveniat* ? *In statu quiescere potius* ? *Quia circa*  
*initia* , *Oc.* Nondum enim fortiora vires sunt adep-  
tæ symptomata , nec morbi causa omnia perfundit  
vasa.

vasa. *In statu quiete:* Quoniam sub acta , atque evicta morbi causa foras extruditur. Morborum tempora oportet , ut internoscat Medicus , ne alterum cum altero confundat. Morborum tempora quatuor nuncupanda : principium , in quo validæ sunt vires, leviora insuper, vel nulla symptomata ; augmentum, in quo crescunt symptomata: status, in quo consistunt declinatio demum , in qua symptomata remittuntur, atque evacuationes criticæ liberè prodeunt.

### XIII.

*Sent. 24.* **A**poplexiam fortem solvere impossibile,  
¶.c. Duas apoplexias , vehementem, ac debilem, priorem in sanabilem; posteriorem vix curabilem hoc prognostico oraculo per quam gravis magister docet : apoplexia est : privatio sensus, & motus, &c. respirationis ergo lesione quatuor differentias statuit Gal. videlicet fortissimam , fortiorum , fortem , atque debilem , priores duas incurabiles, posteriores licet vix curabiles , in senibus aut raro, aut numquam. Ratione partis affectæ, alia est hemiplexia, & paraplexia altera. Causa id omne, quod circulantum in cap. succorum instrictissimis tubulis, intraque altos , & laberinthos mollium partium caniculos aditum omnino negat. Etsi obstructionem ventriculorum cerebri absolutam apoplexiæ causam esse repugnat , merito tamen multum adjuvare est patens. Humoris prædominio conductibilis ad primum est divisio apoplexiæ in sanguineam, & pituitosam, attamen adæquata non dum est. Hujus crudelissimi morbi differentiæ ex respiratio-  
nis noxa patescunt.

*Afferta scaturientia ex lib. 3. Aphor. Hippoc.*

### XIV.

*Sent. I.* **M**utations temporum potissimum pa-  
riunt mor. ¶.c. De idonea causa  
equi-

æquilibrium inter solida, & fluida debartante, aut perturbante sermonem facit Hippoc. inter ea, quæ æquilibrium labefactare videntur præcipuus est aer, qui corpori nostro circumfusus, illius compagem, fluidorum, solidorumque motus immutari est potens. Innumeris mutationibus, est abnoxius aëris, qui diversa labe fedatus, diversimode corpora nostra afficit. Propterea Hippoc. lib. deflact. inquit: *Aer maximus in omnibus, que corpori accidunt author, & dominus.* Et iterum: *Mortalibus vite, & morborum agrotis solus is est author.* Tempora anni quatuor nostro Orizonte regulata non tantum morbos producentia existimes, sed omnem subito mutationem in ipsis contingentem, ac humano corpori incongruentem. Aëris est corpus fluidum, quod in augustum spatum cogi potest; rurisque se extendere nititur ablato extensionis obstaculo. Respirationis materia est aëris, sed non omnis. Ipse, qui gravis est, circulationem sanguinis, & secretiores in corpore promovet. Aëris pulmones ingreditur ipsosque dilatat, qui deinceps à coarctante se thorace, ex ipsis compressis exprimitur. An sanguinis regionem, an vesiculas tantum ingrediatur aëris in manu tua relinquitur.

## XV.

*Sent. 7. IN siccitatibus febres acutæ fiunt, quod si,*  
**I** O. Tempore occurrente sicco febres acutas, humido diurnas procreari præsens statuit prognostica sententia, qualis quidem vel totius, vel alicujus partis anni fuerit constitutio, tales plurimum morbos expectare oportet. Siccitates duæ considerantur corporis nempe & aëris. Inter aëris siccitates, quæ in nostro horizonte ab occasu venit reliquis certo præferenda. Per siccitatem modo cutis supramodum constipantur, partes obdurescunt, perspiratio plurimum impeditur, & sanguis ipse non læ-

vi-

viter à sua fluiditate declinat, ac imò præsiccitate hærens, lentescit, & se stagnat. Porro aëris siccitas sensibus obvia est: alteram autem, quæ corporis est ostendit secretionum universalis defectio. Utraque occurrente siccitate acutos morbos inflammations nempè ardentes febres, enascituros esse cōsequens est.

## XVI.

*Sent. 20.* **V**erè etenim furores, & morbi melan-choli, &c. Enumerat hic Hippoc. hoc, & subsequentibus aphor. prognosticis, morbos, qui singulis anni temporibus frequenter occurunt; facto autem initio à verè incipit furores, &c. Duplicis generis esse morbos, quos parit ver, alios, qui jàm præextiterunt, & consueverunt recurrere, quales insaniae, melancholiæ, epilepsiae, &c. & alios, qui cutis ægritudines sunt, uti lepræ impetigines, vitelgines, &c. Quod autem hos, & illos ver proferat, ex ipsius aëris constitutione constat; nam ipse ore ductus pulmonum vesiculis exceptus expandit se enitendo visicularum vellicat fibrillas atque ad contractionem stimulat. Ab hanc quidem in numero sicutantur potentiae agitatoriæ, quæ præter sanguinem illius succos minuant, & ineptos ad secretoria extrudunt: ergo ex succis imprimis eos esse prodituros, qui primis liminibus sunt positi: ergo prægressa Hyeme, qui in cutis secretoria sunt cumulati, confessim erumpunt intubercula, pustulas, libenter teneo. Quamquam perfurores, mentis perturbationes sine febre interpretentur; ipse tamen cum febre, & sine ea: quemadmodum morbi melancholici, cum & sine delirio suscipio. Hæmorragias tempore Verno succedentes arruptione, & erosione, ne dum ab apertione, procedere credo. Lepræ impetigines, & vitelgines affectiones sunt cutaneæ, quæ impustulas ulcerosas solent degenerare.

fu-

## XVII.

*Sent. 29. Juvenibus sanguinis spuitones, tabes, febres, &c.* De morbis ætatum tractatū faciens Hippoc. in hac prognostica sententia, juvenum recenset, quin ob adolescentiam omissam sit increpandus. *Juvenibus sanguinis expuitones;* quoniam juvenescente puerō tenuatur, & exaltatur repetitis circulationibus, plurimo motu fervet, æstu tumet, &c. accedente juventute sanguis ipse erit, qui in posterum strages edet, quales hoc aphor. recitantur. *Sputum sanguinis, excretio ipsius per os dicitur.* Tribus de cautis sanguinis expuitur valorum scilicet apertione, ruptione, & erosione. Quantumvis à cunctis causis, juvenibus provenire posse sit certum; tamen juvenes erosionem sæpè patiuntur. Tabes hic accipienda, quæ pulmonum ulcus sequitur. Per acutas febres causodes continuas, intermittentes, sinochas, inflammatorias, &c. comprehendere est opus. Morbi juventuti non tantum errore ea commisso, sed propria natura contingunt.

*Afferta facat uentia ex lib. 4. Aphor. magni Hippoc.*

## XVIII.

*Sent. 1. Ut erogerentes sunt medicandæ si materia,* &c. Statuit Hippoc. in hoc lib. de purgatione, atque eam ducentibus, initium in hac curativa sententia sumens ab utero gerentibus morbo afflictis cuius causa purgatio instituenda videtur. Dato tempore purgabis, dum de una in aliam partem, irrequieto motu materia movetur; at quidem levioribus benè, fortioribus minimè purgantibus uti fas est. Hæ quidem illorum necessitatem sæpè ostendunt. Utero gerenti non impuro fruenti corpore, non solum à quart. usque ad sept. sed omni mense, si adsit postulans, ac imò imprimis competit sangu-

*Sent. 30.* guinis detractio. *Frigidi sudores cum acuta quidem febre mortem, &c.* De depravato sudore verba pronuntiasse Hippoc. præsens prognostica testatur sententia. Frigidum, dico, sudorem, qui talis tactu percipitur, & è corpore emanat ita. Hic autem in acutorum quocumque statu mortis signum; in chronicis verò materiæ simul copiam, & cruditatem ostendit. Frigidi sudores cum mitiori mortem quandoque denotant. Misiori additus febri frigidus sudor evacuationem postulat necessariam, qualem? In palæstra. *Sudor est humor sensibilis in corporis poros, &c.*

## XIX.

*Sent. 43.* **F**ebres quæcumque non intermittentes tertia die fortiores, &c. Quascumque febres continuas, aut ex intermittentibus, tales quippè factas tertio die exacerbantes, periculosas; quæ verò intermissionem attingunt, periculi expertes esse prognostica statuit sententia. Febres quæcumque non intermittentes eas nuncupare volo, quæ licet magis, vel minus ægrotum excrucient, nunquam febre vacantem deserunt. Ratione motus tum continuæ cum intermittentes sunt; illæ enim vel malignæ, vel benignæ, &c. ac ipsis accessiones fiunt, vel non. Quibus accessiones fiunt, vel de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, sive singulis diebus. Quæ tertio die fortiores fiunt semitertianarum naturam induunt. Intermittens dicitur febris, quæ paroxismos habet, ægrotum febre vacantem desserens. Nulla intermittens maligna.

## XX.

*Sent. 48.* **I**n febribus non intermittentibus, si partes, &c. Hoc igitur prognostico aphor. præsagitur interitus his, qui continua febre laborantes frigent exterius, interius autem astuant; hæ igitur febres vocantur lypiriæ, quas fovet viscerum

C

rum

rum inflammatio à sanguinis circuitu ibi coercito. Dum à centro ad corporis habitum cessat fluidorum appulsus, oritur causa externè frigens. Eo frigescit magis cutis, quanto longè distat à centro. Stagnato sanguine in centro ejus motum intercipi opus est. Quelibet lypiria est ardens non è *Sent. 49.* contra. *In febre non intermittente si labrum, vel palpebra, &c.* Perpetuo febricitantibus eminentis exitii signa prognostica hac sententia nobilis nos docet magister. Labrum, &c. perversus irremediabilis solidorum, & confirmati spasmi sunt signa: ergo vasorum diametri non tām arcte sunt connientes, ut fluidis denegetur apulus, proba. Hæc si accedant, ægro jām debili, principem perire functionem apertè fatetur.

## XXI.

*Sent. 58.* **F**ebre ardenti laboranti, rigore super, &c. Febre ardente laboranti, rigor superveniens solvit febrem. Febre ardenti laboranti, rigor superveniens stamina vitæ solvit. Rigor febricitantibus, & si criticus, & salutaris undeque molestus, mihi certè credendus. Rigore succedente solidorum elater fluidorum superat. Discussis, ac digestis succis mitescit ardor, & ille solvit morbum. Quid rigor, ejusque causa, si

*Sent. 59.* placet, dicam. *Tertiana exquisita, septen- nis circuitibus cum, &c.* Cum de rigore nuper meminisset Hippoc. Veluti futuræ judicationis signo, hac prognostica sententia sat clarè demonstrat conjecturam, qua cognoscatur rigor febribus superveniens, qui criticam possit ferre evacuationem. Tertianam exquisitam brivi solvendam, si vividum insolidis elaterem, fluxilitatem, & obsequium in liquidis addas, remoto viarum obice, spe- etabis: hæc quippe ad brevi futuram morbi solu- tionem puta necessaria. Rigore incipit, sudore, vo- mi-

mitu, & defectione regulariter terminatur; alternis tandem accessione diebus invadit. In hujus & antecedentis curatione de medicaminum farragine sollicitus minus sit Medicus.

*Afferta scaturientia ex lib. 5. aphor. Hipp.*

## XXII.

*Sent. 9.* **T**abes fiunt præcipue ætatibus à 18<sup>a</sup> usque ad 35. ætatem duraturam à 18. ad 35. usque, meruendam magis, ne labem ipsa tabificam facile contrahat prognostica certè docet sententia. Non obstante partium incremento, morbi hujus seminum perdurare est potens. Ab ingenuo pulmonum vitio, & fluidorum culpa, ea maximè ætate se prodit. Ex materia in pleuriticis non repurgata hæc generatur tabes, de qua sententia agit, sed ipse omnes amplectior. Vera tabes pulmonum ulcus agnoscit.

*Sent. 11.* **Q**ui tabes molestantur, si sputum, quod extuss. *Oc.* Hoc, & sequenti aphor. tabis historiam cultor medicinæ primus jam claudit. Sputum carbonibus injectum graviter olens, infectum ulceratumque esse pulmonem, universum sanguinem, & cor vitæ fontem depravari significat. Sputo supra notato pillorum decidentia, & alvi fluxu tabidis supervenientibus, proximum æquè certissimum mortis signaculum. Si fluida, solidorum, quibus continentur vi, aut actione privantur, tunc tabem contrahere nemo dubitat: ergo solida semper oscilando, quæ coercent fluida animare pergunt: ergo à putredine præservant, infertur.

## XXIII.

*Sent. 24.* **F**rigida qualis nix, *O* glacies pectori inimica, *Oc.* Nivale, & glaciale frigidum liquida densando, & suppressendo pectori

C<sub>2</sub>

est

est inimicum. Illius contactus transpirationis oscula claudit, quæ sudantem resorvent humorem, qui cum regredi nescius est copia tubulis contentus vafa distendendo tumet molle, & impetu directiones mutat, rumpit obices, transilitque claustra: unde destilationes, sanguinis pro fluvia, tusses,  
*Sent. 26.* &c. *Aqua, quæ citò calefit, & citò refri-*  
*geratur levissima est.* De signis optimam aquam probantibus agere videtur Hipp. hac physica sententia. Bonitatis aquæ indicia à leviori, & gravi pondere desumpta, nedum dubia, sed vana, atque futile existimo. Aqua, quæ citò calescit, & frigescit, quæcumque legumina celerius concoqui, docet Celsus. Potandæ aquæ conditiones auguraberis, saporis, odoris, coloris ipsa si fuerit expers: Fluxilis aliundè, & undequaque meabilis per omnes vasorum recessus, flexus, atque diametros. Aquam ad hominis tutelam, vitamque subtinendam judico necessariam. Initium necessariæ rei vitæ hominum fuisse aquam Sacra pagina docet (*Eccles. cap. 39. v. 31.*) de differentiis pete.

*Afferta scaturientia ex lib. 6. aphor. Hipp.*

#### XXIV.

*Sent. 24.* **Q**uibuscumque venæ sectio, vel medicatio convenit, &c. Temporis opportunitatem, qua venæ sectio, vel purgatio congruae sunt, quibuscumque, vel copia, vel qualitate humoris abundè fluctuantibus, ut illæ ex voto profisciant hac curativa sententia docet naturæ cultor. Non de corporibus quomodolibet affectis intelligendus est aphor. sed de his dumtaxat, qui in plures in posterum incidere possunt morbos; ad quos procreandos cacochimia, aut plenitudo solummodo reputantur. Non in omnibus indifferenter

ter sanguinis missio, & purgatio sunt adhibendæ. Quod de verno tempore in ordine ad æstatem enuntiat Hipp. id itidem ad autumnum, hyemis respectu ampliari posse non dubito. Venæ sectio enim humorum copiam minuit, solidorum resistentiam minorem reddit, vasorum repletionem, ut & horum ad se mutuo compressionem tollit, rarefacit liquida, solvit eadem, obstruta expedit, sanguinis circuitum, secretionem, excretionemque promovet, refrigerat, & innumera alia procreat.

*Afferta scaturientia ex lib. I. progn. Hipp.*

## XXV.

*Sent. 22.* **S**udores optimi quidem sunt in omnibus acutis morbis, quicumque in diebus decretoris fiunt, & integre febrem sedant, &c. Sudores acutis morbis supervenientes bonos, aut pravos esse prognostica docet sententia. Hi quidem ad exeuntia signa attinent. Sudor calidus è toto corpore emanans, integrè febrem sedans, optimus. Sudor, qui erit è totq corpore, & facit, ut æger faciliùs morbum ferat, bonus. Qui non facit faciliùs morbum ferre, inutilis. Frigidus è toto corpore erumpens pessimus; ex cervice, & capite summè malus. Non omnes sudores febres acutas sedant. Frigidos sudores calidis pejores, acutis quibuscumque morbis supervenientes continuò, videbis, & quo diuturniores, eo periculosiores. Hi enim cum acuta quidem febre mortem, cum leviori verò longitudinem morbi significant. Quicumque febrem sedantes, istius causam omnino extirpant. Acutorum vim minuunt, atque radicitus tollunt alvinæ, & urinæ excretiones; quemadmodum boni sudores,

\*\*\*    \*\*\*    \*\*\*

*Affer-*

*Afferta scaturientia ex lib. 3. prog. Hipp.*

XXVI.

*Sent. 2.* **S**implicissimæ namque febres, ac signis firmatæ securissimis quarto die, aut citius cessant: pessimæ vero ac cum signis gravissimis factæ quarto die, aut citius interimunt. Impossibile videntur simplicissimas febres securissimis signis firmatas cessare, quin ipsæ fluidorum, & solidorum maximam obedientiam ad diem quartum supponant: pessimas verò febres, è contra. Febres, quæ quanto die judicantur, exactè per acutæ nuncupantur, quæ in salutem, aut mortem terminantur.

*Sent. 8.* Qui vero minimo temporis spatio judicari debent, facillimi cognitu sunt: maximè enim ab initio differunt. Qui enim convalituri sunt, facile spirant, & sine dolore agunt, dormiunt, ac reliqui securissima: morituri tamen difficilè spirant, delirantes, vigilantes, ac reliqua signa habentes. In morbis, qui brevi terminantur, facile est prædicere, quo vertet morbus: ergo facile erit prædicere in morbis, qui brevi sunt judicandi, nunc in mortem, nunc in salutem terminentur, infertut benè. Qui in primo quaternario morituri sunt, statim prava habent signa; & si in secundo mori debent, intra primum apparetur mortis signa, quæ ostendent morbum naturam superaturum. Signa, quæ quanto die venturam mortem prænuntiant, longissimè distant, ab his quæ salutem portendunt. Liberè respirare, placidè dormire, integrè mente constare, optima judicantur signa, è contra, pessima.



ASSER-

# ASSERTA CHIRURGICA.

## PRO OEMIUM.

### I.

**C**HIRURGIAM profectò amplissimam atque excelsam , & inter omnes medicinæ partes ferè excellentiorem , & reliquis nullo modo postponendam fore , qui hujus antiquitatem illustrium professorum autoritatem attentè perpenderit, perspiciet certè : Undè, & ob ipsam necessitatem factum, ut hæc medicinæ pars, omnium prima exulta fuerit , & antiquissimos Medicos, quorum memoria apud nos stat , Chirurgiæ in primis nomine præstantissimos fore constat , ut Æsculapius, Podalirius , Machaon , & postea Hipp. Cous , qui de omnibus medicinæ partibus præclarè scripsit, adeò ut Medicorum Princeps nominari meruit , sed in Chirurgia excelluisse videtur.

### II.

**T**umor aliis est naturalis, ut in mammis , aliis non naturalis, ut in ventre utero gerentis, aut demum præternaturam , qui quidem sic explicatur: *Morbus in quo nostri corporis partes à naturali statu, magnitudine aucta, recedunt.* Interim tamen tumores ad compositos morbos referri posse non negabo. Tumorum efficientes causas congestiōnem , & fluxionem esse propugno. Hęc autem est humoris in corpore motus in aliquam partem, quæ eundem quantitatē , aut qualitate peccantem sine sui lessione recipere non potest. Congestio verò est excrementorum in aliqua parte collectio ob ejusdem partis imbecillitatem. Internæ causæ sunt

ple-

plenitudo, & cacochemia. Continens verò id omne præternaturam partem in majorem elevans magnitudinem. Hæc igitur est triplex humor quippe, fatus, & substantia solida. Differentia sumuntur à natura illius in partem fluentis, & fluxi, &c. Ratione humoris etiam calidi, frigidi nuncupandi.

## III.

**S**UB humorum nomine quatuor statuuntur generales causæ, sanguis, nimirum pituita, &c. à sanguine oritur flegmon, bubo, &c. à bile erysipelas, & uterque erpes; à pituita ædema; à melancholia schirrus. Hac posita distinctione, ut si misceri quandoque contingent, ab eo, qui in mixtura exsuperat, nomen inditur. Sic si sanguis in mixtura superat bilem, indicabitur flegmon erysipelatosus. Si bilis, erysipelas flegmonosum; & si alter alteri non præpolleat flegmon, & erysipelas, & sic de aliis puta. Causas tām internas, quām externas dari constat. Istæ sunt casus, percutio, motus longior, aut vehemens, & similia, &c. Internæ sunt plenitudo, & cacochemia, quas pariunt humores in corpore geniti.

## IV.

**T**umorum signa ex definitione, sed melius in specie, quām in genere describuntur. In tumoribus curandis quatuor observantur tempora uti principium, quando pars incipit distendi; incrementum cum pars jam in notabilem magnitudinem attollitur, & symptomata manifestè augmentur; status, quando symptomata sunt fortiora; & declinatio cum symptomata, & tumoris molles minuuntur. Tumorum eventum prædicandum ex materiæ qualitate, natura, & parte affecta. Tardioris sunt curationis ex pituita, & melancholia, sed periculosores, qui ex sanguine, aut bile corruptis ortum habent. Tumores interni periculosores externis, &

ma-

25

25

magis, vel minus lethales pro partis affectæ præstabilitate, & usu. Quando tumor major, intemperies ita, & humor fluens pejor, curatu difficultiores ; è contra faciliores. Quinque potissimum modis terminantur resolutione, quippe, suppuratione, corruptione, in duratione, & retrocessu. Tumoris terminatio per resolutionem omnium optima ; per corruptionem pessima ; quæ per retrocessum jam melior, jam pejor existit.

v

**A**d tumorem rectè curandū perpendendum, nunc eum in fieri, vel factum esse; adeoque duplēcēm occurrere indicationem, humoris affluentis aversionem, atque materiæ; quæ influxit evacuatiōnem. Primum auferendo fluxionem, quām, si totius corporis plenitudo procreaverit, detractione sanguinis deponendam propugno. Sanguinem aliis humoribus ad mixtum, partem in tumorem elevantem quandoque mittimus. Altera indicatio, quæ docet evacuare, dupliciter consideranda. In tumore nimis, qui fit, & qui jam omnino factus est; nam id, quod præternaturam in parte continetur, sui ablationem indicat. Si tumori intemperies adest, corrīgenda est ipsa, atque partium simul natura consideranda. Quicumque à congestione fiunt tumores purgatione potius, quām sanguinis missione curandi.

VI.

**A**d externas indicationes emolliendas statuta est  
lex inter medentes in principio repercutiva; in  
augmento hæc digerentibus mixta, uti horum par-  
va, illorum magna sit quantitas. In statu æquali por-  
tione; in declinatione demum digerentia sola esse  
applicanda. Repellentia se sola in principio semper  
noxia. In tumoris augmento neutiquam, nisi tenuiori  
substantia constent. Continentem causam factò om-  
ninò tumore evacuavimus digerentibus, suetu, se-  
ctio-

D *ctio-*

etione scarificatione , &c. In augmento tentanda est resolutio , non modo admodum crassus, & multus sit humor. Tumore non se resolvente ad statum accedente, suppuratio necessario est tentanda. Pure ritè confecto, quod non semper innotescit, ferro , aut cauterio aperiendus est abscessus. In magnis tumoribus non omnis purulenta materia simul educatur. Facta apertione ulcus detergendum, carne implendum , & tandem cicatrice claudendum.

## VII.

**I**n frequentissimos tumores à sanguine ponitur inflammatio , quæ enodatur : *Tumor præternataram à sanguine, partium, carnosarum cum rubore,, tensione, dolore, & pulsatione ortum habens.* Per partem carnosam, nedum musculosam, sed membranosa, & viscerum carnes intelligo. Una est exquisita à puro sanguine procedens; spurea verò alia aliorum humorum miscella sociata. Frequentiora in inflammatione sunt dolor, tensio, pulsatio , rubedo , & ferè semper febris. Externa inflammatione multoties salutaris, & ab innumeris partes liberat morbis, nisi in gangrenā terminetur. Difficilius curatur , quæ oculos, fauces, pennem præhendit, &c. In juvene, & state facilius, difficilius in pingui, quam macilento corpore.

## VIII.

**S**ymptomata inflammationi supervenientia sunt à Medico notanda, & præsertim dolor , qui ob incommoda , quæ partibus fert , nimius est sedandus flor. camomil. melilot. samb. in lact. coct. & contusis addit. farin. lini, fenugræc. cū duobus vitellis ovor. quod si his non cædat remediis ad validiora confugiendum narcotica erit. Maximarum inflammationum curatio , cum ingenti dolore , intelligentem postulat Medicum. Ad febris fervorem temperandum refrigerantia, & quæ sanguinis motum ad corporis superficiē propellere valent conferunt, ut nitrum purificatum.

An-

Antim. ocul. canc. eorum succus, diaphoretica omnia blandum madorem provocantia.

### IX.

**A**pter inter tumores collocatur erysipelas, quod rectè enucleatur: *Tumor præternaturam ex bile in partes cuti subjectas effusa dolorem, ruborem, calorem causante.* Erysipelas alius legitimus, qui sine ulla ex ulceratione à ferydiore humore generatur. Alius spureus tripli genere constans. Primus oritur à bile acri pungenti, & erodenti, quæ profundam aliquando efficit exulcerationem. In 2. succedunt pustulæ, & vesiculæ sanioso succo plenæ. 3. A bile aliis sociata, oritur. Febrem, quæ erysipelas committatur symptomaticam, seu secundariam non esse, sed primariam defendo. Pro curatione non inconvenit venæ sectio. Purgatio autem neutiquam laudanda. Intus sumantur, quæ in inflammatione adnotantur. Exterius postulantur plurima, de quibus in arena. Repellentia mala, imò pessima esse solent.

### X.


**I**n ter pituitosos creditur strumas, & scrophulas numerari tumores, qui declarantur: *Schyrrofi glandularum tumores peculiari membrana inclusi à pituitoso, & melancholico humoribus orti.* Eo enim sunt dignoscendi, quod scrophulæ plures, & minores; strumæ verò pauciores, & maiores. Differentiæ à magnitudine, & situ sumendæ. Nullæ sunt per se malignæ; causa, pituitosum, & melancholicum humores stagnatos meatus, glandulosque tubulos obstruentes agnosco. Vomitoria imò antimonialia his curandis per apprimè congruunt. Purgatio per epicrasim necessaria; venæ sectio minus. Incidentia, &c. madorem, aut lenem sudorem provocantia conferunt. Radix scrophul. aristol. rotund. & anti scorbut. laudanda. De externis audies.

## XI.

**C**ancer, carcinomata Græcis, Arabibus Sartan, quibusdam cancerosus tumor appellatur. Cancer igitur est : *Tumor rotundus durus inæqualis coloris libidi, aut sub nigri magnas, & eminentes circumquaque habens venas dolore, caloreque gravis, aspectu teter, & horribilis.* Cancer vel est ulceratus, vel non ; hic propriè carcinomata audit; ille verò Phagadæna Græcis nominatur. Afficiuntur cancro partes, laxiores præcipuè, & fungosæ. Cancerosi tumoris causa dupliciter considerari oportet. Primò quidem atramabilem adustam in venis hærentem minus calidam, & acrem tumoris non ulcerati causam accusamus. Ulcerati verò acriorem, & calidiorem antiquorum mente reputamus. Modernorum mente acidum acre potentius ac valentius agens, sivè ex alio tumore relictum, sivè non ; quapropter in magis austерum declinare potest adeoque in schirrum, hinc in cancrum degenerare, ac tandem ob summam, & perniciuosam austерitatem vi corrosiva auctus exulceratur, & planè incurabilis evadit. Causam cancri continentem humorein esse atrum intra partem agentem fatemur. Signa, & prognosticum quærenti facile referam. Ad curationem. 1. Æger se abstineat ab his, quæ humorem cancrum generantem augere valent. 2. Antecedentem causam evacuavimus purgatione per intervalla facta. Interim venæ sectio celebretur, si nihil impedit. Si aliqua adsit evacuatio suppressa provocanda est. Maximum committunt errorem, qui suppurantia, aut emollientia adhibent, melius est ipsum in totum abscindere; atsi ob tumoris profunditatem vel exulcerationem ferre nequit æger, cura paliativa tantum tractandus.



De



*De Vulneribus in communi.*

XII.

**I**nter affectus, qui sensibus obvii sunt numeratur vulnus, & licet passim cum ulcere confundatur, mihi tamen displicet? Diffinitur autem: *Solutio continuo in parte molli à causa externa violēta recenter facta.* Debitis usu, & actionibus vulneratas partes privari experientia constat: ergo creduntur corū actiones, &c. Vera infers. Vulnera externa signis, quibus cognoscantur opus non habent. Quænam enim partes internæ sint vulneratæ, ex partium potissimum situ, usu, symptomatibus, & eorum, quæ per vulnus ejicit natura, cognoscuntur. Eventum vero prænoscere, quæ sint, quæ non lethalia summoperè Chirurgo incumbit. Non omne vulnus, quæ mors sequitur, est lethale, sed quod suaptè natura mortem infert: ergo lethalia omnia insanabilia, sed non omnia insanabilia lethalia.

XIII.

**C**elebri illa sententia 18. ex lib. 6. aphor. his verbis declarat lethalia Hipp. vulnera: *Vesica vulnerata, aut cerebro, aut corde, &c. est lethale.* Quo pars vulnerata nobilior, eo periculosius: id itidem in membranaceis partibus, nerveis, tendinosis, quam carnosis accidit: pravis similiter corpore fluctuante succis, nedum difficilius curatur, sed lethale quandoque redditur. Vulnera cordis, asperæ arteriæ, diæphragm. œsophag. intestinorum transversalia, mesenterii, hepatis, lienis, ductus hepatici, nec non cholidochi thoracici Louveri conf. renum, vesicæ urinariæ cerebri, cerebelli, spinalis medullæ, an lethalia, vel non; in arguentis manu, argumenti electionem relinquo. Temporalis nusculi vulnera lethalia creduntur, sed perperam sane? Venæ, & arteriæ, quarum fluxus est in coercibilis, inter lethalia vulnera numerari, propugno.

XIV.

## XIV.

**V**ulnus ut tale partes, quæ se junctæ sunt, unicendas esse indicat, quin hoc impedit quandoque plures, ne suo frustretur fine, petere indiciones. Et si solius naturæ sit opus partes unire, Medicus tamen solet esse necessarius. Ea autem, quæ hac in re agenda sunt ad quatuor capita reducit Galen. in Arte Medica cap. 9. 1. Quidem videndum, ne incidat in partem affectam, quod conglutinationē impeditre possit. 2. Ut vulneris extrema recte conjungantur, & ita serventur. 3. Ut temperamentum, & ipsius partis calor conservetur, ut is in aglutinando necessarium auxilium naturæ præstet. 4. Denique omnia, quæ in aglutinando impedimento esse possunt, auferantur. Pro prima artificiosa Chirurgi manus confert, ne plusquam ferrum noceat, ut ait Paræus. Eximuntur tela duobus modis extractione nempè, & impulsione, licet non semper, de quibus, audies.

## XV.

**P**ro secunda, solicitus sit Medicus, quod si abunde fluat sanguis sistendus; postmodum vulneris labia recte uniat, quod quidem, aut faciatione, vel sutura per glutinum est faciendum. Faciatio, sola vulneris labia adducere valet. Non omne vulnus faciatione indiget. Sutura in vulneribus transversis, ac magnis, pro qua tribus instrumentis opus est acu videlicet filo, canali fenestrato, cavendo tamen nemis rara, nec crebra sit sutura. Turundas ita facandas esse Celsus docet, modo ora inter se ex toto non conjungantur, ut ipsæ convenienti remedio illitæ imitantur, & sic humores, qui in vulnere colliguntur, effluant, atque medicamenta fundum petant. Turundæ, admodum longiores reprobo. Per celebrem Cæsarisi Magati Ferrariensis professoris, curandi vulnera methodum, quam secuti sunt Septalius, & Musitanus, ut excludendam relinquo.

## XVI.

## XVI.

**P**ro tert. pulsa: pro quart. demum symptomata avertendo , in primis humorum ad partem vulneratam affluxus , ad id venæ sectio , & purgatio sub distinctione maxima reputantur remedia. Hunc tractatum attinent sclopetorum vulnera plumbeis globis inficta , quæ cum contusione insigni , ruptione , dislaceratione vulnera appellantur : hæc igitur , nec ambusta , imò nec venenata , nec maligna fore unquam crediderim ; tametsi ensem , tela , globum , &c. Veneno affici , non negabo. Differentias , & prognosticum , roganti , referam. Pro curatione adimplenda se offert indicatio extrahendi globum. 2. Contusæ carnis impus mutatio. 3. Vulnus carne replendum. 4. Cicatrice claudendum. Globo extracto ablendum est vulnus aquæ Regin. Ung. in quo intromittendæ sunt turundæ bals. peruv. Ambros. Paræi , &c. illinitæ.

*De vulneribus in particulari.*

## XVII.

**C**AP. Vulnera frequentiora , & valdoperè periculosa , lib. de vuln. dictavit Hipp. unaque docens , ut per cap. Vulnus , quamcumque cap. unitatem solutam comprehendamus. Differentiæ pertinentur à causis ; nam si contundentes , contusio oritur , aut sugillatio , & hæc collitio , vel illitio dicitur , quas externæ cap. partes recipere valent. Si incidentes , fit incissio , vel dissectio : si pungentes perforatio. Et quidem soluta unitas , vel est in cute tantum , & carne , vel simul in pericraneo , vel etiam craneo ; & quæ in cranio , vel cranium totum penetrat , vel non ; si penetrat , vel est cum duræ matris læsione , vel sine ea ; aliquando ad piam matrem penetrat , & cerebrum , vel non : hoc utique necessarium ad curationis ingressum prænoscendum volo. Si cutis sola sit vulnerata , tunc nulla alia est via ,

quam

3<sup>2</sup>

quam quæ aliis cutaneis vulneribus debetur. Si verò ad pericraneum usque penetraverit, labia vulneris conjungantur, & non facile sutura instituatur. Si craneum lædatur, illæso pericraneo, tunc danda opera, ut cutis modò non adsit, & pericraneum apertiantur.

### XVIII.

**S**Anguiferorum vasorum venarum nempè, & arteriarum vulnera sunt maximè consideranda, propter gravissimam hæmorrhagiam, quàm sèpissimè lethalem inducunt: hujus causa est solutio continui à causa externa facta. Quo vasa majora, eo periculosiora, ad hæc convenit liquor stipticus modernorum, cui additur dimidium alum. soluti cum quodam decocto astringentis cujusdam vegetabilis blandi, quæ frigida cum bombace, vel stupis canabinis applicentur. Si profunda fiant, conveniens est pulv. ex lunæ lact. bol. arm. & cap. mortuo vitriol. probè loto. Pulv. Gal. ex aloë thur. sang. dracon. bol. armen. invicem comixtis, & stupis album. ov. madefactis inspersis, & adhibitis confert. His præferenda terra vitriol. nunc sola, vel mixta vasi læso debitè applicata.

### *De Ulceribus in communi.*

### XIX.

**Q**Uamquam apud antiquos idem sonet vulnus, ac ulcus, re vera tamen discriminantur; cum ulcus sit: *Solutio continui cum imminuta magnitudine, in parte molli à materia erodenti ortum habens.* Licet in ulcere caro ipsa, magis quam parsit ex crescere, non perinde denegatur ipsi magnitudo diminuta. Oritur perpetuò à causis internis, etiamque externis. Petuntur differentiæ ab illius natura, causis, affectibus, & à parte in qua sunt. Ulceris continens causa est materia vi corrodendi

præ-

prædita , seu corpore genita , aut extra adveniens . Quicumque humores acres in corpore latitantes , antecedentes sunt causæ . Corpori extra advenientes , caustica , ignis actualis , liquores ferventes , vapores scabiosorum , leprosorum , &c. De signis pete . Prognosticum evadit certum ex ulceris natura , parte affecta , consentiente , materia exeunte , colore , tempore , &c.

## XX.

**U**lcus ut tale carne replendum , uniendum , & cicatrice claudendum indicat ; quoniam id quod amissum , & imminutum est sui restauracionem indicat . Id igitur celebres Practici adimplere satagunt quatuor servando indicationes . 1. Qui- dem in ulcerum curatione adhibent suppurantia , sive pus moventia . 2. Detergentia , seu mundifican- tia . 3. Carnem gignentia . 4. Cicatricem inducentia . Suppurantia se sola nunquam , sed detergentibus ad mixta in principio , ulceribus apponere ratio dictat . Cumque supponantur humores ad partem affectam fluere , eorum motum impedire necesse est . Si à plethora pendeat fluxio , sanguinis detractione minuen- da ; si à cacochimia , pravorum succorum eductione pu- rificandus sanguis . Si excrecentia , & callus ulceri adhæreant , utriusque ablationem indicat : quemadmodum intemperies , fluxio , dolor , &c.

*De Ulceribus in particulari.*

## XXI.

**S**i sinus non curetur , pars cuniculos porro agit , callum contrahit , duriorque efficitur , nec subiectis aglutinari potest , quod postea dicitur fistula , quæ est : *Ulcus sinuosum , angustum , longum , atque callosum* . Fistula , alia recta , transversalis alia , simplex , vel composita altera . Cognoscuntur fistulæ stylo , can- dela cerea , liquore aliquo in sinum immisis . Quo-

E

mo-

modo? Audies. Sed quo perget cognosces, si quod stylo tangitur molle est, & pus copia album efficit, soli carni hærere indicat: si magnus percipiatur dolor explorando sinus profunditatem, purè albo tenuiori copia supranotato minori, nervo hærere docet. Si ad os, venam, vel arteriam penetret; quærenti, viam aperiam. Cura duplex paliativa, & perfecta; pro hac enim purgatio semper, sanguinis detractio quandoque prodest. Callus præprimis auferendus, nedum medicaminis ope, sed per cauteria, imò & unctiones merc. quamvis non semper.

### *De Fracturis in communi.*

#### XXII.

**S**olutio continui à causa interna in osse, dicitur caries, ab externa fractura, quæ propriè est: *Solutio continui in osse à violenta exerinfecus irruente causa.* Fractura alia transversim, & talis est propriè? Si os in plures partes sit contritum, dicitur, comminutio; si secundum longitudinem, fissura. Aliæ tandem à magnitudine, ossium varietate, accidentibus desumuntur differentiæ. Causa patet. Ad fracturam curandam, opus est ossa, quæ à sua sede sunt demota, in ipsam restituere, & adamussim coaptata servare. Unde per extensionem, conformatiōnem, deligationem, & collocationem totum fere curationis perficitur opus, adhibendo suo tempore roborantia, & astringentia. Si fracturæ vulnus adsit, primum extensio lenis; secundum ossium coaptatio, postmodum curetur vulnus. Si vulneri multiplex fractura fuerit, tunc ossicula fracta soluta auferantur, mandando naturæ fixa, & apponantur consolidantia, corroborantia, &c. Curam de utrisque habendo. Calli, quo ossa coalescunt, generatio, naturæ est opus.



*De*

*De Fracturis in particulari.*

## XXIII.

**E**T quidem, quia brachium cum manu apprehensionis multorum laborum organum est, adeò facile eorum ossa franguntur. In hoc ergo aut frangitur cubitus, aut radius. Humerus, & crus quandoque fracturam patiuntur. Crus enim ea est pars, quæ agenu ad pedem se extendens, duobus ossibus cōstat, quorum quod crassius tibia dicitur, quod tenuius fibula, quibus fractura accidit interdum, vel in medio, vel in superiori parte. Femur omnium, quæ in corpore sunt maximum crassissimum atque longissimum est, cui etiam accidit fractura in medio, vel in extremitatibus, aut vicinis ejus locis. Femoris fractura quanquam curetur, ut plurimum claudicationem relinquat. Femoris fracturam necessariò sequitur cruris brevitas.

*De Luxationibus in communi.*

## XXIV.

**L**UXATIO est: *Articuli è sua sede in alienam prolapsus,* &c. Differentiæ à forma, subjecto, & situ. A forma, quando articulus totus sua sede excidit, & appellatur luxatio vera. Et interdum ex parte tantum, & subluxatio audit. A subjecto duæ, quæ ossibus contingunt, quæ conjunguntur per synarthrosis, & diarthrosis. A situs varietate, in quem articulus prolabitur, tres imprimis. 1. Si collocatum superiori parte naturaliter, in inferiorem excidat: vel è contra. 2. Si dextrum fiat, quod in sinistro oportebat esse collocatum, vel contra. 3. Si quod in anteriori loco collocatum erat, in posteriorem prolabitur; & contra. Ac quarundam partium articuli in omnes differentias luxari possunt; quidam tantum incertas; non omnes. Luxationis causæ internæ, externæque sunt; illæ humores sunt in articulos decumben-

bentes: istæ verò percussio, lapsus, saltus, cursus,&c. Sed intùs, & extùs causas ad tensionem, vel violen-  
tam pulsionem referri mihi placet.

## XXV.

**O**S luxatum in naturalem locum reponendum in-  
dicat, quod quatuor absolvitur indicationibus  
extensione nempè, repositione, ligatione, & membra  
confirmatione. In extensione commoda membra fi-  
gura servanda, ne musculi distorqueantur. Exten-  
sione facta certò scire debet chyrurgus in quem lo-  
cum os luxatum propellere tenet. A fine prolapsus  
ea via à qua prolapsus est, retro ad eum è quo pro-  
lapsus est, articulum compellere chyrurgus debet.  
Articulum ritè repositum ex naturali figura, amissis  
motu recuperato, cessante dolore, qui antea aderat.  
cognosces. Sonus, & strepitus excitari solet ad arti-  
culi repositionem, quæ non perpetuo recta tenenda.  
Reposito in suam sedem articulo deligatione firman-  
dum est, at prius astringentia imperando ad humo-  
rum affluxum inhibendum, ac tamen, si dices ad  
causandum, tecum ero. His positis articulum hunc  
servet æger immotum, usque ad tertium, vel quar-  
tum diem, ni dolor, aut aliud symptoma supervene-  
niat.

*Vt. D. Petrus Albornòz, & Tapies;  
J.U.D. Can. & Univ. Val. Rect.*

